B. C. D.

CONJECTURÆ
DE
HOMINIBUS PROPRIIS ET LIBERIS GERMANORUM.

§. I.

DUm de ſelecto themate diſſertationis inauguralis ſum ſollicitus forte fortuna in Typographia incido in tomum IV. Obſervationum ſelectiorum ad Rempublicam literariam pertinentium, qui jam ſub prelo eſt, ibique inter alias obſervationes deprehendo Illuſtris Hertii varia opuſcula Juridica Obſerv. XI. recenſita, quam dum perlego præprimis placuerunt, quæ Celeberrimus obſervationis Autor in fine ejusdem de ulteriori inquiſitione in diviſionem perſonarum ſecundum mores Germanorum monuit, adeoque rem non indignam propoſito meo eſſe arbitratus ſum, ut in hac materia vires ingenii exercerem. *Occaſio Diſſertationis.*

§. II. Cum tamen ex altera parte materiæ gravitatem ac difficultatem conſideravi, & quod laudatus obſervationis Autor ipſe *Cur conjecturas ſcribat Autor?*

ipſe